

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Davidis Ruhnkenii Opuscula Varii Argumenti, Oratoria, Historica, Critica

Ruhnken, David

Lugduni Batavorum, 1823

Addenda et emendanda in tom. I.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1677)

# ADDENDA ET EMENDANDA

IN TOM. I.

---

## PRAEFATIO.

Pag. xi. vers. 6. notiora] *lege notior.*

P. xiv. v. 24. *Adde:* In priorem Ruhnkenii Epist. Crit. pauca animadvertit Bernardus, Ep. ad Reisk. p. 363. et multos ejus locos tractavit, qui nuper in eodem argumento versatus est, Aug. Matthiae in Animadv. ad Hymnos Homer. Lips. 1800. locis laudatis in Praef. Ed. Angl. p. xlv. Ceterum vix opus est monere, Bernardi illas aliorumque Epistolas subjectas esse Vitae Reiskii Germanice conscriptae: *J. J. Reiskens von ihm selbst aufgesetzte Lebensbeschreibung, Leipz. 1783.* de quo libro retulit Cl. Wyttenb. Bibl. Crit. P. VIII. p. 140 sq.

P. xv. v. 2. *Adde:* Propositi Ruhnkeniani obiter mentionem fecit Bernardus l. c. p. 419, ubi turpissimo errore pro *Thalelaeo* legitur *Tabaleo*.

P. xvi. v. 10. — p. 61.] *lege* — p. 71.

P. xvii. v. 7. Ad *Cyrilli* Lexicon MS. quod attinet, scripsit a. 1751. Reiskio Bernardus p. 417. Ruhnkenium sibi pollicitum esse se ex *Cyrilli* Lexico omnes illas glossas excerpturum, quae ad Thomam Mag. ornandum aliquid conferrent. De quo mihi, ex edito quidem Grammatico, nihil constat: neque huc pertinet obiter facta Ruhnkenii mentio apud Hemsterhus. in Add. ad p. 535, 6.

P. xxxi. v. 15. Ruhnkenii in Xenophontis Memor. Animadversiones, una cum Ernesti aliorumque Interpretum copiiis, repetitae sunt in utraque Schneideri Editione, altera Lips. 1799. altera, 1801.

P. liv. v. 9. Gratissimum sine dubio Lectoribus nostris



accidet Luchtmannorum propositum, reliquas etiam Ruhnkenii Epistolas, si quae forte, praeter eas quae sunt penes Cl. Mahnium, separatim in lucem prodeant, simili ratione in posterum repetendi. Huc pertinent hae a Friedemannō promissae literae: item illae ad Ritterum, quas editurum sese pollicitus est Seebodius, ut diximus p. 362.

P. LX. v. 10. Scripta demum Praefatione, alia Epistolae ad Wytttenbachium fragmenta deteximus in Viri Cel. Annot. ad nuper editum Boissonadii Eunapium p. 4, 17, 58, 325. Sed et haec, ob eandem, quam diximus, causam, suo loco reliquimus.

P. LXIV. v. 11. Idem Burgessius Op. I. Praef. p. III. Ruhnkenio accepta retulit Προλεγόμενα τῆς Πλάτωνος Φιλοσοφίας, e Cod. Bavarico.

Postremum est, ut obiter moneamus, de Ruhnkenii Vita scriptisque, praeter Wytttenbachium, et Saxium On. Lit. P. VIII. p. 68 — 74, aliosque ab eo laudatos, breviter relatū esse in Opere Germanico, *Allgem. Deutsche Real Encyclopädie für gebildete Stände, oder Conversations Lexicon*, Vol. VIII, Lips. 1819, p. 476 sq. et Gallico, *Galerie Historique des Contemporains, ou Nouvelle Biographie*, T. VIII, P. I. Bruxellis 1820, p. 122. Sed haec levia, nec pari ubique scripta diligentia. Gravius est, quod nuper demum didici, Ruhnkenium Societati Literarum Belgicarum (*Maatschappij der Nederl. Letterk.*) Leidensi et adscriptum fuisse, et, quamvis nec natione Batavum, sed Germanum, nec professione Belgicarum, sed Graecarum Latinarumque Literarum Doctorem, consiliis tamen monitisque saepissime illi atque eximie profuisse. De quo testis nobis est Cl. Te Waterus in Actis Societatis illius d. 17. Dec. 1799.

## DISPUT. DE GALLA FLACIDIA.

Hae Disputationes, ex Edit. Batava priore a. 1807 de quo typis expressas, postea diligenter contulimus cum pri-



na Ed. Witebergensi a. 1743. Unde, praeter Dedicationem illam, quam diximus, nonnullos correximus errores:

- P. 9. v. 8. reperiisse] lege reperiisse.
- P. 13. v. ult. μετελθὼν] lege μετελθῶν.
- P. 16. v. 19. A. C.] lege A. C. 394.
- P. 19. v. 19. Item ( Idem ) Ποῦτα] Deleatur alterum ( Idem ), nescio unde intrusum: quamquam sic legendum videtur pro Item, quod jam in Ed. pr. exstat.
- P. 21. v. 8. a f. e Flaccilla] Post haec verba pone punctum.
- P. 21. v. 5. a f. Trucidatur] Correximus pro trucidatur, quod e pr. ed. in reliquis omnes fluxerat.
- P. 22. v. 10. a f. ἀπέχουσα] lege ἐπέχουσα.
- P. 23. v. 9. Non sumus ii, quibus haec persuadere posset.] Temporum consecutio requirit possit, quod maturiore aetate correcturus erat Ruhnkenius. Simile vitium exstat infra
- p. 29. v. 5. a. f.
- P. 27. v. 8. a f. παρελαχῆν] lege παραλαχῆν.
- P. 29. v. 13. ποιοιμέναι] lege ποιοιμέναι.
- P. 30. v. 1. ptiiis] lege nuptiis.
- P. 30. v. 18. Foro Aemilii] lege Foro Aemilii.
- P. 33. v. ult. Umbrativum] minus recte: et quod non scripserit vel umbraticum, vel umbratile, nam umbrativum omni auctoritate caret; et quod in malam partem posuerit. Cf. Praef. p. XIX.
- P. 34. v. 6. Diuturna] In Ed. Bat. a. 1807. operarum mendo legitur diurna, quod illo sensu non dicitur, docente Mahnio Epp. Sodal. Philom. p. 286.
- P. 35. v. 11. a f. In verbis Orosii, pro coëgit, quod sensus postulat, minus recte in Ed. pr. exstat coepit.
- P. 37. v. 2. a f. Lib. VII. c. 43.] Legitur in Ed. pr. Lib. VII. 3. c. 43.
- P. 37. v. 3. a f. obsidiis] lege obsidibus.
- P. 43. v. 11. a f. MXLVIII] lege MXCVIII.
- P. 44. v. 4. altero] lege alterâ.



P. 48. v. 9. a f. εξ ] lege εξ.

P. 49. v. 2. a f. In verbis Olympiodori, pro *τετρας και ΠΟΛΙΤΙΚΟΣ*, ne quis corrigendum censeat τ. κ. ΓΕΛΩΤΙΚΟΣ, videtur h. l. *πολιτικός* interpretandum *αστεῖος*, *urbanus*, ex usu verbi *πολιτεύεσθαι*, pro *αστείζεσθαι*, de quo egit Ruhnken. horum Opusc. p. 884.

P. 54. v. 8. *Quem — principatum* ] Correximus, quod in omnibus editionibus vitiose legitur, *quam — principatum*.

P. 61. v. 4. a f. *notata* ] lege *not. a.*

P. 64. v. II. dictionemque ] lege *dictionemque*.

P. 64. v. ult. *Critico* ] lege *Critica*.

DEDIC. AD TIMAEI LEX.

P. 77. v. I. *Herodotus*, — *Phalaris* ] Haec cujusmodi fuerint, cognoscitur ex Wesselingii Praef. p. vi. med. et Valckenaerii Praef. ad Lennepii Phalaridea p. vi.

ORATIO DE GRAECIA, CAET.

Quod, ut in Praefat. diximus, de Oracione de Doctore Umbratico animadvertit Cl. Mahnius, nonnulla in ea reperiri minus Latine dicta, quae novâ editione correcturus fuisset Scriptor disertissimus, idem in hac quoque nobis animadvertisse videmur. Labet ejus generis quaedam annotare, non reprehendendi libidine, sed in tironum gratiam. Huc ergo referimus:

P. 97. v. 7. *Philosophicis disciplinis* ] Similiter infra Or. de Doct. Umbr. p. 130, *libris philosophicis*, et in Elog. Hemsterh. p. 262, *historiae Philosophicae*. Constat autem, bonos Scriptores adjectivum *philosophicus* eo sensu non usurpasse, sed ejus loco dixisse *philosophus*, a, um: idque Graecorum imitatione, quibus dicitur *Φιλόσοφος ἱστορία*, docente in Animadv. ad Eunapium Boissonadio, p. 131.

P. 97. v. 16. *Aretalogus* ] Graecae originis, at Romae nata vox, de vano sapientiae et virtutis ostentatore, quae



legitur apud Juvenalem XV, 16. et Suetonium in Aug. 74, ubi videndus Casaubonus.

P. 99. v. 14. *Politica*] Item Graeca  $\nu\omicron\kappa$ ,  $\mu\omicron\lambda\iota\tau\iota\kappa\eta$ , scilicet,  $\varphi\acute{\epsilon}\lambda\eta\eta$  vel  $\acute{\epsilon}\pi\iota\sigma\tau\eta\mu\eta$ , Latine *scientia civilis, reipubl. administrandae ratio, prudentia, cognitio*, item *consilium urbanum*: vid. Heusing. ad Cic. de Off. I. 22.

P. 100. v. 10. a f. *Doct. umbraticum*] Cf. Praef. p. XIX.

P. 97. v. ult. *Experimentorum*] *Experimenta* dixerunt Plinius et Quinctilianus: habet etiam Cicero, Tusc. III, 30. Haud scio tamen, an eodem sensu frequentioris usus sit *pericula*. Sed illud h. l. perspicuitatis causa praestat.

P. 101. v. 9. a f. *Anlia, quam vocant, pneumatica.*] Ut res ipsa, sic nomen rei, recentioris aetatis est: quam obrem prudenter addidit Ruhnkenius, *quam vocant*. Similia plura, neque talia ubique evitari poterant, in hac Orat. subinde occurrunt: veluti p. 102, *vis centripeta*, et *centrifuga*, *sphaerica telluris figura*; p. 103, *eclipsis*, ex Graeco  $\acute{\epsilon}\kappa\lambda\epsilon\iota\phi\iota\varsigma$ , Latine rectius *defectio solis*, aliorumque astrorum; p. 106, *galaxia*, Graece  $\gamma\alpha\lambda\alpha\zeta\iota\alpha$ , de *via*, quae dicitur, *lactea*; item *Lunae phases*, i. e. species, apparentiae; p. 107, *Mechanicus*, *Mechanica*, *machinalis doctrina*, *Optice*; p. 108, *Gnomonica*, *Hydraulica*, *Pictura*; ut alia mittamus, sive Graeca, sive recentiora et singularum artium propria. Sed haec, et alia huiusmodi, quominus cuiquam vitio vertantur, prohibet prudens observatio Cl. Mahnii, Epicr. Bibl. Crit. p. 15, *posse per omnem orationem verum Latinitatis colorem et quasi sanitatem teneri, etiamsi subinde recentioris aetatis vocabulo utamur*.

P. 104. v. 9. *Mystagogo*] Graeca vox, qua proprie designantur hi, qui hospites ad ea, quae visenda sunt, ducere solent, et unumquidque ostendere, ut ipse Cicero interpretatur in Verr. IV, 59. Magis Latine dicatur, *duce*, *praeceptor* *re*, *magistro*.



## ORATIO DE DOCTORE UMBRATICO.

Age, de hujus item Orationis Latinitate, de qua universe tantum monuit Mahnius, pauca in medium afferamus. Huc pertinent:

P. 115. v. 6. *Batavam gentem incorrupto veritatis et elegantiae — gustu imbuit*] *Gustum* ea significatione Latini dixerunt *sensum*. Ergo aut scribendum fuisset, *sensu imbuit*: aut saltem, audacioris translationis causa, *quasi gustu, ut ita dicam, gustu imbuit*. Quemadmodum recte scripsit in *El. Hemst.* p. 275: *adolescentes mature hujus artis, veluti gustu quodam imbuebat*. ubi cf. *Lindem.* et quae nos ex eo genere notavimus *ibid.* p. 253.

P. 115. v. 16. *Cum excipiendae sint*] *Malim, cum — sunt*. Verumtamen subest aliqua causae significatio. Contra p. 117, vs. 18 sqq. omnino scribendum fuerat, *cum — corrumpant, et — extinguant*, non *corrumpunt et extinguunt*; uti et p. 119, vs. 15, *cum in Latina lingua satis aptum huic rei nomen non inveniamus*, non item *invenimus*. Ibi enim discreta est causae, non temporis, significatio. Plura passim notavimus ad *El. Hemst.* p. 252, et ad *Praef. Tim.* p. 660, 677.

P. 129. v. 11. *Indignationem et iram — evomuerunt*.] *Probum est iram evomere*, ex *Terentio Adelph. III. 2, 14*: non item *dicteria evomere*, improbatum *Wytttenbachio Philom. L. I. p. 115*.

P. 132. v. 14. a f. *Vir quidam doctissimus*] *Augustinum Staverenum* minus recte intelligit Editor Anglus in *Indice Auctor. Recentior.* voce *Vir doctissimus*: nam nec de *vivo*, nec de *Rectore*, sed et de *mortuo*, et de *Professore* h. l. agi, perspicuum est. Quem voluerit *Ruhnkenius*, non facile diximus: fortasse *P. Burmannum Sen.* Ceterum cf. *Praef. p. xix.*

P. 132. v. 13. a f. *Extemporali oratione*] *Adjectivum extemporalis* bonorum scriptorum usu comprobatur, v. c. *Suetonii*, *Plinii*, et *Quintilliani*, apud quem hoc ipsum legitur



*extemporalis oratio*, Inst. Or. IV, 1, 54. Ad Ciceronis consuetudinem accommodatius scripseris *ex tempore dicendi facultas*, ut loquitur idem Rhetor ibid. X, 3. p. 588. *Subitam et fortuitam orationem* vocat ipse Cicero de Or. I, 33, loco a Quintil. laudato.

P. 134. v. 7. a f. *Anagrammata, chronosticha, acrosticha, isopsepha — technopaegnia.*] Vocabula esse non Latina, sed Graeca, unusquisque videt: sed de his valet eadem, quam modo diximus, animadversio.

P. 138. v. 5. *Equidem commemorare possem*] Magis Latine scripsisset *E. c. possim*.

## DISPUTATIO DE ANTIPHONTE.

P. 143. v. 11. *Praeceptor meus nunquam satis laudandus*] Voluit dicere, *qui nunquam satis laudari potest*: at minus recte, notante Heusingero Observ. Antib. p. 469. Sed hoc, in hacce Dissert. positum, manifesto a Spanio, non item a Ruhnkenio, profectum est. Ipse tamen supra, Or. de Gr. p. 107. v. 14. a f. *civem egregium, nec unquam satis laudandum*, scripsit.

P. 148. v. 10. [Fabricium in *Bibl. Graec.* Vol. I. p. 819. not. et] Haec, in pr. ed. omissa, unde in alteram, Batavam 2. 1807, venerint, dicere non possumus. Fortasse vir doctus quidam exemplari suo in margine adscripserat.

P. 150. v. 3. a f. *Libanio Ep. 371.*] Sic item Ed. pr. Vitiose Ed. Lond. *Libanio Ep. 271.*

P. 156. v. 2. *Genitimum*] minus recte pro *germanum*, i. e. non spurium: sed hoc item Spanii est: aliter solebat Ruhnkenius, ut monetur in Epp. Sod. Philom. p. 261 sq.

P. 160. v. 7. *dscripsisse*] *lege* descripsisse.

P. 164. v. 5. a f. *Architectus*] Graeca vox: rectius supra p. 162, v. 14. *auctor*, eodem sensu.

P. 168. v. 13. *ut — gratificaretur*] Praecedente praesenti *praetermittens*, item scribendum fuerat *gratificetur*.



P. 174. v. 4. a f. *Lexicon Reg. Ms.* — 'Αντιφῶν Ἐχθῆς κ. τ. λ.] Legendum, ex ipsius Ruhnkenii sententia, 'Αντιφῶνης, Comicus, cuius versus sic disponantur:

'Εχθῆς μετὰ πέντ' ἔπινον, ἡμέραν τρίτην  
Μεθ' ἑπτά.

judice Koppiersio, *Observ. Philol.* p. 6.

P. 180. v. 4 sqq. *Antiatticista MS.* — 'Ακκληρίαν. 'Αντιφῶν 'Αδώνιδι. — 'Ανὰ μέσον. ἐντὶ τοῦ ἐν μέσῳ. 'Αντιφῶν 'Αδώνιδι.] Utroque loco legendum esse, 'Αντιφῶνης, ipso judice Ruhnkenio, Koppiersius monuit l. c. probante Wyttenb. ad Plutarchi *Consol. Apollon.* p. 103, C. Et altero quidem Codicis loco revera sic scriptum esse, testatur Bastius *Comment. Palaeogr.* p. 793: Ceterum Grammaticum illum, cuius, ut ex h. l. patet, editionem sibi proposuerat Ruhnkenius, una cum aliis Sangermanensibus, seu Seguerianis, in lucem nuper protulit Bekkerus, *Anecd. Gr. T. I.* p. 75—117.

PRAEFATIO AD HESYCHIUM.

P. 186. v. 3. ALBERTIANI] Nunc scriptum malim *Albertini*, a nomine proprio *Albertus*. Eadem varietas est nominis *Ernesti*, quem alii *Ernestum*, alii *Ernestium* vocant. Equidem, cum ipso Ruhnkenio et Wyttenbachio, prius testeam, indeque ductum adjectivum *Ernestinus*. Posterius praefert Lindemannus ad Wyttenb. *Vit. Ruhn.* p. 63.

P. 192. v. 10. *Benileji* illa ad *Millium Epistola* exstat ad calcem *Chronographiae Jo. Malelae*, ed. Oxon. 1691.

P. 198. v. 12. *Ex quo mihi probabile fit, errare Suidam*] Suidae tamen testimonium tuetur *Villoisonus Praef. ad Apollon. Lex. Hom.* p. 7. quem sequitur alter editor *H. Tollius Praef.* p. 8 sq.

P. 205. v. 5. *Scholiastes Homeri ineditus — ad Iliad.* φ. 122.] Schol. integrum descripsit *Tollius. Vid. l. c. p. 6.*



## ELOGIUM TIBERII HEMSTERHUSII.

P. 239. v. 8. *Elogium hac significatione non satis Latini esse scio*] Hoc, quamquam notissimum, paucis tamen in tironum gratiam explicare juvat. *Elogium* igitur, ut recte monuit Vir magnus G. J. Vossius in Etymol. Lat. h. v. non est a Graeco εὐλόγιον, quo continetur laudis celebrandae notio; neque etiam ab ἐκλογεῖον, ac si olim scriptum fuerit *eclogium*: sed idem est, quod *ellogium* dixeris, Graece εὐλόγιον, hoc est, λόγιον ἐγγεγραμμένον, *brevis oratio*, sive *sententia inscripta*: convenitque certa ratione cum altero, illo sensu notiore, ἐπιγραφή seu ἐπίγραμμα, Latine *inscriptio*: est enim λόγιον diminutivum vocis λόγος, quo significatur omnis *oratio, sententia, effatum, dictum*, a verbo λέγω, *dico*. Haec unice vera est vocis origo et primaria notio: e qua reliquae omnes facile explicantur. Hinc enim apparet, quare et de *breviore descriptione* vel *sententia* universe dicatur: et peculiariter de *titulo*, sive *inscriptione, sepulcrali*, uti apud Ciceron. de Senect. C. 17: item de *notatione, titulo*, seu, quod vulgo vocant, *articulo*; de quo usu monuit Cl. Mahnius Epicr. Bibl. Crit. p. 43. Laudis vero significatio vocabulo per se non inest, nec, nisi quatenus monumentorum tituli vulgo aliquid laudis habent, inesse potest. Vulgaris, isque barbarus usus, de *oratione funebri*, fluxit ex Gallico *Eloge*. Sed eo sensu Latine κατ' ἐξοχὴν dicitur *laudatio*, apud Ciceron. Senect. 4. quem locum ex hac significatione egregie illustrat Cl. Wytttenb. ad Plutarchi Consol. Apollon. init. Op. [Mor. Vol. VI. p. 700. et ipsum verbum *laudare* de ejusmodi oratione habenda, legitur ap. eundem pro Mur. 35. et saepe apud Suetonium. Hinc *laudator* de eo qui talem orationem habet, apud Livium II. 47. Quae omnia vel ex Lexicis nota sunt.

P. 242. v. 4. *Adpersa*] Quae in Praefat. de Lindemanni annotatione diximus, quo melius quid illis insit boni, quid



secus, intelligatur, paucis hic exemplis illustrare libet. Igitur h. l. scripsit *aspersa*, Prisciani auctoritate: eademque ratione infra p. 244, vs. ult. *asciverunt* pro *adsciverunt*. Talia vero ex usu et pronuntiatione pendere, in scribendo aut nihil, aut parum, interesse, quis non videt?

P. 245. v. 14. *Ex duabus animi facultatibus*] Quamvis *facultates*, plurali numero, plerumque de divitiis dicantur; h. l. tamen ferri potest, addito Genitivo *animi*. Sic Cicero *facultates ingenii, consilii, gratiae*, dixit Epp. ad Att. III, 10.

P. 245. v. 17. *Qualem deformamus*] Ne quis ab h. l. alienum putet, conf. quae de verbo *deformare* monuit ipse Ruhnken. ad Rutil. Lupum p. 90.

P. 246. v. 1. *Licetque adeo*] Quod particula *adeo* consequentiam significari negat Lindemannus, fortasse recte se habet: quod h. l. *licetque adeo* pro *licetque igitur* positum existimat, non item. Est enim idem fere, ac si scripsisset Ruhnkenius, *atque adeo licet*, caet. quemadmodum dici potuisse ne ipse quidem Lindemannus negaverit: et quae sequuntur, confirmandis et illustrandis iis quae praecesserant multo magis, quam consequentiae inservibnt: quam quidem ἐπεξηγήσεως vim huic voci plerumque inesse, ipse ostendit censor.

P. 246. v. 3. *Non mirum sit — paucitatem*] Imitationem Ciceronis de Orat. I, 2. *Sic facillime, quanta oratorum sit semperque fuerit paucitas, judicabit.* notavit Lindemannus, pluribus etiam locis in talibus animadvertendis diligens: quod genus in primis eam habet utilitatem, ut, magnorum Virorum exemplo, rectam Veteres imitandi rationem discant juvenes. Ita mox p. 247, vs. 4. ad verba *ut natura — videatur*, Nepotis in Alcib. init. imitatio notatur. Infra p. 248, v. 14. *tali — comitatum*, Ciceronis de Orat. III. 6. ut reliqua mittamus.

P. 248. v. 3. *Apud Sextum Empiricum*] Locus est adv. Math. I, 79. a Lindemanno notatus.



P. 249. v. 9. *Hemsterhusio nostro*] i. e. amico; familiaris nostro, quem nos cognovimus, ut sic ab Hemsterh. patre, de quo paulo ante dixerat, distinguatur. Et sic fere apud optimos scriptores legitur pronomen *noster*. Contra, ut a recentioribus Latine scribentibus vulgo absolute ponitur pro nomine proprio ejus, qui laudatur, aut cujus scripta explicantur, ab usu Veterum plane abhorret.

P. 250. v. 8. *Decimum quartum*] Ut h. l. aut *decimum et quartum*, aut *quartum decimum*, sic infra p. 252, vs. 6. *nono decimo*; et p. 258, v. 7. *quinto decimo et sexto decimo*, dicendum fuisse judicat Lindemannus.

P. 251. v. 3. *Atque haud scio, an multum fallamur*] Edidit Lindemannus, *atque haud scio, an non multum fallamur*: errorem suspicatus operarum, per omnes deinceps editiones a prima inde propagatum, et ipsius Ruhnkenii usus auctoritate, ad Muret. T. I. p. 341, sive horum Opusc. p. 730. Sed, ne dicam *haud scio an non* minime videri Ciceronianum, formula *haud scio an* ut plerumque dubitanter affirmantis est, ita nonnunquam simpliciter dubitantis: quam vim ostendit V. Cl. ad Terent. Andr. III. 2, 45. Eadem h. l. valet, ubi *haud scio an multum fallamur* significat *dubito an m. f. modestius* positum pro affirmatione, *credo nos non multum falli*. Ceterum, praeter Dukerum ad Florum III, 12, et multos alios, in primis consulatur Heusingerus ad Ciceronis de Offic. I, 11.

P. 251. v. ult. not. *Adde*: Ceterum, est quidem aliquod discrimen verborum *timeo* et *metuo*, quale est in Graecis *δέομαι* ac *φέβομαι*, docente Ammonio: attamen h. l. nihil aliud spectasse videtur Vir Cl. pro *timent* reponens *metuebant*, quam ut periodus numerosius caderet. Ipse modo p. 249, v. 10. eodem plane sensu, eademque constructione, *timent, ne*, scripserat.

P. 255. v. 3. *Celsus*] de Medic. VIII, 4.

P. 257. v. 14. *Vir summus*] Eadem appellatione Hemi-



sterhusium laudavit infra p. 265, vs. 9. et 276, vs. 8: idque recte, si de *viro uno omnium* eruditorum et Criticorum suae aetatis *maximo* accipiatür, qualis et revera fuit Hemsterhusius, et hac oratione a Ruhnkenio celebratur. Similiter Catonem *magnum mehercule hominem, vel potius summum et singularem virum*, dixit Cicero Brut. c. 85. Est enim *summum* quasi superlativus superlativi, et plus adeo significat quam *maximus*. Unde minus recte hodierni simpliciter *summum* vocant *virum doctum, eruditum*: qualem praestat dicere *magnum, maximum*, aut simili quodam vocabulo. Ipse quidem Wytenbachius, quä erat modestiä, ita sese appellari noluit, ut patet ex Bibl. Crit. P. XI. p. 160.

P. 257. v. ult. *Vitae velut tabernaculum collocare.*] Notetur Ciceronis imitatio de Orat. III. 20.

P. 258. v. 9. *Exortii sunt Literatores, caet. — literarum dignitatem concidisse.*] Ob argumenti similitudinem, conferenda sunt h. l. quae in Or. de Doct. Umbr. p. 129 disputantur.

P. 258. v. ult. in not. *Adde*: Probum tamen et antiquum verbum *contemptus*, iudice Cellario Cur. Poster. p. 50. Ad Ciceronem quod attinet, operae pretium sit diligentius inquirere, utrum fortasse magis delectatus fuerit verbalium nominum terminatione *io*, quam alterä *um* vel *us*. Sic certe apud eum leguntur *exercitatio, vituperatio, refrigeratio, computatio*, pro *exercitium, vituperium, refrigerium, computus*, quibus posteriores scriptores usi sunt. De quo videant peritiores. Equidem hanc suspicionem acceptam refero eidem Viro Doctiss. Bossio, quem in Praef. nominavi.

P. 259. v. 9. *Literarum studium cum Mathesi et Philosophia conjungant.* Conf. ipsius Hemsterhusii de hoc argumento Oratio, in ejus et Valckenaerii Orationibus editis Lugd. Bat. 1784. p. 99—120.

P. 259. v. 13. *Ingenium subegerit*] Non nisi forma participiäli inveniri apud Cicero de Orat. II. 20. *subactum ingenium*,



nium, docuit Lindem. ad h. l. eodem modo iudicans de dictionibus *judicium limare*, et *judicium limatum*, ad Vit. Ruhnken. p. 235. At quidni, ut *ingenium acuere*, apud Ciceron. Brut. c. 33, sic idem *subigere*, dici potuit?

P. 261. v. 3. *In eo de moribus*] Mavult Lindem. *in eo, qui est de moribus*. Similiter infra p. 277, vs. 3. a. f. verbis *in illa emendandi* addendum putat substantivum *provincia*, vel aliud simile: quod nostro quidem iudicio non est necesse: refertur enim ad antecedens *ratione*.

P. 261. v. 8. a. f. *Ceterum in Metaphysica — pellatur.*] Haec pluribus illustrata sunt in Orat. de Graec. Arti. ac Doctr. Inventrice, p. 91—95.

P. 262. v. 9. *Versionibus*] Latine *interpretationibus*. Vulgarem loquendi rationem, perspicuitatis causa, secutus est Scriptor elegantissimus, ipse quamvis probe gnarus veteres non ita locutos esse: de quo post Heusingerum Observ. Ant. p. 434. monuit Lindemannus ad h. l. et ad Meermannii Elog. p. 256.

P. 268. v. 2. *Nec M. A. Muretus — percipere posse*] Suspiciatur Lindemannus, significari locum Ep. ad M. Muretum, fratris F. Gnomis praemissam, Op. T. I. p. 824: *sine quâ* (Graeca Lingua), *saepe audis ex me, Latinam mancam ac mutilam esse: nec satis uberes ex ea fructus percipi posse*.

P. 272. v. 3. *Opplerisset*] Turpissimum Germani civis errorem, edentis *oblevisset*, notavit Lindemannus. Idem mox recte monet, voces *nullam magnopere vim habere superlativi*, et plus adeo significare, quam si dicatur *minimam*.

P. 272. v. 7. *Illud Asinii Pollionis — sequantur*] Apud Schol. Horatii Cruquianum p. 633. Alterum locum ipsius Horatii esse ex A. P. 311. neminem fugit.

P. 275. v. 4 sqq. *Etsi vero vir magnus — quid minus interrogare.*] Hemsterhüsium magistrum quomodo in formandis juvenum ingeniis secutus sit discipulus Ruhnkenius, praeterea scriptum legitur in hujus Vita p. 233.



P. 278. v. 3. *in not.* Laudetur Cellarius Cur. Poster. p. 70, quo loco utitur etiam Lindemannus ad Vit. Ruhnken. p. 188. At saepius tamen *auctorem de scriptore* alibi dixit Ruhnkenius, v. c. in Exordio Ep. Cr. I. horum Opusc. p. 571 sqq. Nimirum, ut ipse in Praef. ad El. Hemst. fatetur, aliquid recentiorum consuetudini dandum est.

P. 280. v. 4. *Plinius*] Hist. Nat. XXXV, 11.

P. 281. v. ult. not. Locis laudatis ex Vit. Ruhnken. addatur Cl. Te Wateri Narratio de rebus Acad. Lugd. Bat. Sec. XVIII. p. 77. Ceterum constat, praeclaras Hemsterhusii observationes passim in lucem prolatas esse ab ipso Ruhnkenio, ejusque collega eruditissimo Valckenaerio. Illud unum in primis operae pretium sit inquirere, quo pervenerit *ingens* ille *in Pollucem Commentarius*, quem, teste Ruhnkenio Ep. ad Ern. VIII. p. 344, maturiore aetate scripsit Vir eximius. Qui nisi in illustrem quamdam Bibliothecam, tanquam in portum, salvus evaserit, veremur ne, in communi Adversariorum Hemsterhusianorum naufragio, sublata spe omni reditus, tantus eruditionis thesaurus penitus intercidere.

P. 282. v. 3. a. f. *Apologia*] Graecum vocabulum de industria posuisse Ruhnkenium de *solenni defensione*, opportune monet Lindem. Sic supra p. 270 in f. ubi de Critica arte agitur, scripsit *crisin impertire*.

P. 285. v. 3. a. f. *Xenophon, caet.*] Rem narrat Valer. Max. V, 10. ex. 2. et alii laudati Wytttenbachio ad Plutarchi Cons. ad Apoll. p. 118, F.

P. 286. v. 3. *Lectiones*] De Professorum *Scholis* minus recte dici, nuper etiam Lindemannus animadvertit. Sed et hic praevalet recentiorum consuetudo.

P. 286. v. 14. *Nervos et artus prudentiae esse, non temere credere*] Graece: Νῆψε καὶ μένους ἀπιορεῖν ἕρφα ταῦτα τῶν Φρενῶν. De quo notissimo Epicharmi dicto egit Cl. Wytttenb. in Annot. ad Vit. Ruhnken. p. 259.



## PRAEFATIO AD RUTIL. LUPUM.

P. 301. v. ult. *Aliqua Romanus*] lege *Aquila Romanus*.

## HISTORIA CRITICA OR. GRAEC.

P. 336. v. ult. not. *Conjicit Toupius ἀναληθείς*] *Adde: Cf.* ejus annot. ad Longin. p. 161, ubi obloquitur Ruhnkenio, ad istum Longini locum Sect. III. pro χαῦνοι καὶ ἀναλήθεις, cum Tanaq. Fabro, legenti χ. κ. ἀναληθείς: quod et Wyttenb. probat *Bibl. Crit.* P. III. p. 35.

P. 340. v. ult. not. *Phot.*] Nempe in *Lexico Ms.*

P. 342. v. 9. *HYPERIDES Κολυττεδς*] Quod in Praef. polliciti sumus, singulorum, quae in repetenda hac *Hist. Crit.* immutare coacti simus, nos rationem reddituros, age promissum solvamus. Scripserat igitur hic Ruhnkenius: *De HYPERIDE nonnulla diximus ad Rutilium I. 19. p. 64. Κολυττεδς, caet.* Mox item vs. 13. nostra sunt verba: *De duobus — in altero.* Quod sequitur, *veterum l. s. haec est, caet.* Ruhnkenii sunt in ann. laud. Denique *Quid — requiris?* utpote partem efficiens fragmenti Hyperidis, addidimus ex contextu Rutilii. In reliquis nihil mutatum est.

P. 344. v. 15. *Emendationis nostrae*] Ruhnk. ut in ann. ad Rutil. scripsit: *emendationis, quam in contextum recepimus.*

P. 345. v. 15. *Legendum — κηδεμονίας*] Probavit Wyttenb. ad Plutarch. *Consol. Apollon.* p. 107, D. Improbavit Toupius in margine libri sui: memoravit idem ad Longin. Sect. XXXIV, p. 213.

P. 347. v. 2. *In praefatione — orationem*] Addidimus ex ann. ad Rutil. l. 1.

P. 347. v. 12. *DINARCHI nomen caet.*] A Ruhnk. scriptum fuit: *De DINARCHO, vide, quae diximus ad Rutil. II. 5. p. 88. 16. p. 126.* Ut nunc leguntur, exceptis verbis, *Rutilio Lupo*, a nobis additis, sunt ex priorē ad Rutil. ann. vs. 9 sqq.



P. 348. v. 9. a. f. *Tertius ejusdem — Fortunae, caet.*] Nectendae sententiae causa, a nobis inserta sunt. Nam, *vides — fecit* DINARCHUS, sunt ex ann. I. Mox, *In villa, caet. quamquam*, iterum nostra sunt.

P. 349. v. 2 sqq. *Denique idem — servavit*] Nostra sunt verba: ipsum fragmentum, *Olim — nihil valeo*, e textu Rutilii repetivimus. Reliqua, *si verum est — videtur*, Ruhnkenii sunt ex annot. alterâ.

P. 350. v. 3. not. *Apud Phot. p. 1029.*] Locus est in Ed. Hoeschel. p. 1032: εἰς μὲν δὲ καὶ Ἀλεξάνδρου ὁλίγου πά-  
τος κ. τ. λ.

P. 350. v. 3. not. *Postea ἐν τρεχάς.*] De qua voce vid. ipse Toupius ad Longin. S. XLIV. p. 233 sq. Wejskii ad eundem p. 648. Bastius Comment. Palaeogr. p. 744.

P. 357. v. 7. a. f. *Vide quae infra dicenda erunt, p. 365.*] Ruhnken. *Vid. notas ad Rutil. I. 9. p. 33.*

P. 361. v. 9. *Quod servavit Rutilius I. II. p. 40.*] Ruhnken. in ann. ad l. c. *quod hic ponitur*. Mox fragmenti verba, *Quid contra — cognitum est*, ex Rutilio supplevimus.

P. 362. v. 2. *Tandem his omnibus*] Nostra sunt: Ruhnken. in Hist. Cr. sic: ΠΥΘΕΑΣ. *De eo quae ab antiquis scriptoribus narrentur, congesimus ad Rutil. I. II. p. 40. quibus, caet.*

P. 364. v. 15. *Agatharchides apud Photium*] Cf. Praefatio p. XXI.

P. 365. v. 3. a. f. *Hic addimus*] Omittenda fuisse ista Ruhnkenii ex Hist. Crit. STRATOCLES. *De eo diximus ad Rutil. I. 9. p. 32. res ipsa loquitur.*

P. 374. v. I sq. *De DEMOCHARE, caet.*] Ruhnken. in Hist. Crit. *De Demochare disputavimus ad Rutil. I. 2. p. 7. quibus adde Corsinum Fast. Att. T. II. p. 56. quae postrema mox in ann. laud. addidimus.*

P. 377. v. I. not. *Phalereusne caet.*] De syllabarum numero et quantitate monuit Heusingerus Obs. Ant. p. 372.  
P.



P. 378. v. 10. 2. f. *Modo diximus p. 376.*] Ruhnken. *diximus ad Rutil. I. 2. p. 8.*

P. 379. v. 1 sqq. *De eo Cicero — Reines. p. 76 Erunt, caet.*] Ruhnk. in Hist. Crit. *De eo diximus ad Rutil. I. 10. p. 37. Erunt, caet.*

P. 380. v. 7. HEGESIAS, *caet.*] In Hist. Crit. legitur: HEGESIAS, *Magnes, Asiaticorum Oratorum antiquissimus de quo disputavimus ad Rutil. I. 7. p. 25.*

P. 382. v. 2. a. f. CLEOCHARES — *Asiaticorum,*] Ad-ditur ibidem: *ut indicat patria. De eo diximus ad Rutil. I. 2. p. 5.*

P. 383. v. 16. I. 2. et 10.] A nobis addenda fuerunt.

P. 384. v. 3. ISIDORUS — *laudat.*] Additur ibid. *Vide ad Rutil. I. 2. p. 5.*

P. 384. v. 15. *Daphnidis — p. 73.*] Nostra sunt, aequae sequentia, *Quae priorè — haec sunt: uti et fragmenti verba, Non enim — Philippus,* e textu Rutilij ducta. Paulo antea, pro nisi I. 8. p. 30. Ruhnkenius, ut in ann. ad illum locum, habet, *nisi hic.*

## LYCONIS PHILOS. FRAGMENTUM.

Tenendum est, nos, missa aliorum interpp. operâ, non nisi Ruhnkenii annotationes repetivisse: unde item nonnullâ opus fuit mutatione: v. c.

P. 393. v. 2. not. *Advers. LV. 1. — explicatur*] Huc retulimus ex superiore Ruhnkenii ann. p. 99.

P. 397. v. 5. not. *Unguento nardino*] *Felicem* Ruhnkenii *conjecturam* jure vocat Burmann. ad Propert. IV. 7, 31. p. 835. quamquam ipse censens, etiam legi posse, *unguento Parthico*, ex Plinio H. N. VIII. 1 et 2.

P. 398. v. 10. not. *Vulgo: visu gravidis*] Nostra sunt.

P. 399. v. 14. not. *Suspiciatur — τὸ ψόχος.*] Reddidimus de Casauboni sententia.

P. 407. v. 17. not. *Vacillare, proprium et signatum ver-*



*hum de ebriis, caet.*] Cf. qui ipse Ruhnkenium laudat, Burmann, ad Propert. I. 3, 9. p. 32.

## EPIGRAMMA ANTHOL. LAT.

P. 411. not. *Adde*: Praestat tamen Ruhnkenii *telo*, iudice P. Burmanno Sec. ad Anthol. Lat. T. II. p. 481. Idem vero, ab illo dissentiens, supra vs. 9, aut nihil, aut, si quid, mutandum censet *doctas — tabellas*: et vs. 3. pro *tumidis* ipse conjiciens *rutilis*, vulgarem lectionem, *capillis*, tanta acerbitate adversus Ruhnkenii *papillis* defendere studet, l. c. p. 482 et 745, ut partium, quo tunc temporis ducebatur, studium manifesto prodatur; nec legenda ejus annotatio, nisi adhibita Wytttenbachii narratione Vit. Ruhnkenii, p. 92 et 160, et comparato Elogio Hemsterh. p. 246 et 253 — 261, Sed tum fortasse immemor erat Cl. Burmannus auxilium, sibi antea a Ruhnkenio lati in edendo Anthol. T. I. ubi vid. Ep. Dedic. p. XLVII, et annot. p. 76.

## DISPUT. DE LONGINO.

P. 495. v. 12 sqq. *Multi hunc Origenem, caet.*] Probant ad Eunap. Viri Cl. Boissonadius p. 167. et Wytttenbachius p. 40.

P. 505. v. 5 sqq. *Quae facile — appellatum esse*] Tuetur item Wytttenb. l. c. p. 29.

P. 508. not. *ad Eunap. p. 536. et in Add. p. LVIII.*] *Corrige*: *ad Eunap. l. c. p. 155. Add. et Corr. p. 536. Nov. Add. et Corr. p. LVIII.*